Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et alius nondum aduenit. Et cum
uenit oportet illum breue tempus
manere. et bestia que erat. & non est.
et ipa octaua est. & de septem est. et
in interitum uadit. Et decem cornua
que uidisti. decem reges sunt qui re-
gnum non dum acceperunt. sed potestatem
tamquam reges una hora accipient po-
testatem. Hi unum habent consilium
et uirtutem & potestatem suam bes-
tie tradent. hi cum agno pugna-
bunt. et agnus uincet illos. quoniam
dominus dominorum est. & rex regum
et qui cum illo uocati sunt fideles.
& electi. Et dixit mihi. Aquas quas
uidisti. ubi meretrix sedet. populi
sunt. & gentes. & linguae. Et decem
cornua que uidisti in bestiam. hi o-
dient desolatam & formicariam. et
desolatam facient illam. & nudam.
et carnes eius manducabunt. et
ipsam igni concremabunt. Deus
enim dedit in cordibus eorum ut faciant
quod illi placitum est. ut det re-
gnum suum bestie donec consum-
mentur uerba dei. Et mulier quam
uidisti. est ciuitas magna. que habet
regnum super reges terre.

Et post hec XVIII.
uidi alium angelum descen-
dentem de celo. habentem po-
testatem magnam. et terra illumina-
ta est a gloria eius. Et clamauit
in fortitudine uoce magna dicens.
Cecidit cecidit babilon magna. et
facta est habitatio demoniorum. et
custodia omnis spiritus immundi
et custodia omnis uolucris immun-
de et odibilis. quia de uino ire fornica-
tionis eius. biberunt omnes gen-
tes. et reges terre cum illa fornicati
sunt. et mercatores terre de uirtute de-
liciarum eius diuites facti sunt. Et
audiui aliam uocem de celo dicen-
tem. Exite de illa populus meus. et ne par-
ticipes sitis delictorum eius. & de pla-
gis eius non accipiatis. quoniam pec-
cauerunt peccata eius usque ad celum.
et recordatus est dominus deus in-
iquitatum eius. Reddite illi sicut
et ipsa reddidit uobis. & duplicate
duplicia secundum opera eius. in
poculo quo miscuit uobis miscete
illi duplum. Quantum glorificauit
se. & in deliciis fuit. tantum date
illi tormentum et luctum. quia in
corde suo dicit. Sedeo regina. et vi-
duа non sum. & luctum non uidebo.
Ideo in una die uenient plage
eius. mors et luctus. & fames.
et igni comburetur. quia fortis est
deus qui iudicabit illam. Et flebunt
et plangent se super illam reges ter-
re qui cum ea fornicati sunt. et in
deliciis uixerunt cum uiderint fu-
mum incendii eius longe stantes
propter timorem tormentorum eius
dicentes. Ve ve ve ciuitas magna
illa babilon. et ciuitas illa fortis.
quoniam una hora uenit iudicii
tui. Et negociatores terre flebunt
et lugebunt super illam. quoniam
merces eorum nemo emet amplius
merces auri. & argenti. et lapidis.

351